Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophiae pars I, Logica, tradita a 1717 in Academia Fryborgensi - Cod. Ettenheim-Münster 230

Weinberger, Albert

[Freiburg], 1717

Proemium

urn:nbn:de:bsz:31-120382

Visual Library

Philosophiae pars 1ma

Logica

Prooemium

Logica ab ipso Protoparente nostro Adamo ad nos usque propagata fuit; in ea subinde excolenda praestantissimi quique viri desudarunt: et Socrati quidem definitionem, Platoni divisionem debemus, prae reliquis vero eminuit Aristoteles, de quo dixisse sufficiat, ipsum restaurasse, vel omnino invenisse artificium syllogisticum. certe Suidas de illo testatur, quod serventi ipsa videatur natura dictasse, et secretissima quaeque sua cum eo communicasse. Unde Cardinalis Toletus existimat factum fuisse, ut Romana catholica Ecclesia prae ceteris Philosophis Aristotelem in academiis praelegi voluerit, eumque, quantum salva fide fieri posset, etiam imitari. Complexus est autem Aristoteles logicam suam libris omnino septemdecim, quos organum hoc est instrumentum reliquarum scientiarum vocavit. Librorum synopsis haec est, primus agit de praedicamentis, reliqui duo Periherminias seu de interpretatione agunt de signis, oratione, enumeratione, enuntiatione, propositione etc. quibus omnibus dirigit primam et secundam mentis operationem, reliqui libri omnes spectant ad tertiam mentis operationem: et duo quidem libri priorum analyticorum docent structuram syllogismi in communi: duo libri posteriorum analyticorum specialiter agunt de syllogismo demonstrativo versante in materia, seu circa materiam necessariam vel evidenter. Octo libri Topicorum agunt de syllogismo probabili: duo denique libri Elenchorum agunt de syllogismo sophistico, seu apparente tantum. hanc methodum, ut nos quoque, quoad tempus et mora in scholis hodie recepta licuerit, sequamur, controversiam totam in sex disputationes dividemus, de quarum prima quidem agit de natura

et obto loi̊c. 2da de identitate, et distinctione. 3tia de universalibus. 4ta de prædicamentis. 5ta de signis. 6ta de syllog.

Deus cœptis nostris adesse velit.

Disputatio 1ma. De nãa, et obto loi̊c

Duo sunt, ex qbus nãa alicuius habitus, qualis ẽ loi̊ca, colligitur: primum ẽ obtum circa qd versatur talis habitus: alterum ẽ modus quo circa suum obtum versatur habitus. utrumque hoc de logica in cuius nãa inquirimus: examinandum ẽ id, qd fiet in præsenti disputatione p duas quæstiones. in 1ma quidem dicemus qualis habitus sit loi̊ca in se, et quomodo circa obtum suum versetur. in 2da statuemus quodnam sit obtum loi̊c.

Quæstio 1ma. qualis habitus sit Loi̊ca in se, et quomodo circa obtum suum versetur.

Artus 1mus. quid nõis Sit loi̊ca?

N: 1 Rectè Plato monuit, ut in quavis disputatione imò ipsum nomen rei, de qua disputatur, in examen veniat, ac dein res ipsa consideretur. Loi̊cã qd attinet, duplex potissimum illa nomen sortitur ẽ, unum ẽ, loi̊ca et provenit à græca voce λόγος, quo rationem, discursum, sermonem etc. significat. unde loi̊ca est, idem quòd facultas rationalis, discursiva etc. et hoc nomen ei idcirco tantùm accidit: quia ipso ratiocinatur, discurrit etc. sed quia aliis sciis etiam subministrat modum ritè discurrendi.

N: 2 Alterum nomen, quo appellari solet, ẽ Dialectica, hoc quoque